

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

49. Considerando Passionem Christi, ut collatam cum extremo Judicio
peccatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Moriens, sputis foedè illitus, mon
Josepho & Nicodemo cum aromatibus
tus est.

32. JESUS vivens, ubi caput reclina
habuit.

Moriens, inclinato, seu pendulo ca
piravit, & alieno in sepulchro conditum

Hunc in modum omnia ferè opera
cepta, consilia, miraculaque Christi i
possunt alicui parti passionis Christi, vel
rando, vel contraponendo, conferri
in speciem attulisse sufficiet.

MODUS XLIX

QUADRAGESIMUS nonus Passionem
meditandi modus esse potest, con
illam cum judicio, quod Christus cum
mano genere exercebit in fine Mundi,
reddet unicuique secundum opera sua.

Est autem advertendum, constare
pturis Sacris, ac potissimum ex ipsiusme
Domini sensu, atque verbis, Passionem
quoddam Judicium fuisse: non illud
quo ipse ab impiis iniquè judicatus &
est, sed etiam illud, quod ipse partim in
sione exercuit, partim quod in mundi fi
citurus est. Factum à se judicium in
Ioan. 12. 31. testatur ipse Christus dicens. *Nunc p*
mundi, nunc princeps huius mundi ejicitur
Mundus ergo & mundi princeps diabolus
sione Christi, à Christo judicatus, damnata
etus foras, triumphatus, spoliatus, traduc
iniquâ Tyrannicâque potestate, & cap

exutus est. Porrò exercendi olim à se judicii in omnes homines, luculentam Dominus prædictionem denuntiationemque fecit apud universum Concilium, & coram summo Pontifice Caipha, à quo cum esset adjuratus, ut diceret esse tñ Filius Dei & Christus? ita respondit. *Tu dixisti. Matt. 26.64.*
Ego sum: verumtamen dico vobis, amodo videbi- *Marc. 14.62.*
tis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & *Luc. 26.69.*

venientem in nubibus Celi: Quod ipsum iterum posterā luce in eodem confessu Judicum & Principum, Doctorumque repetens, confirmavit. Causa verò, propter quam ita Christus cum Passione sua Judiciariam simul suam potestatem acutumque ejus, à se exercendam cohærere vel voluerit, vel ostenderit: sine dubio partim illa est una, quia Passione suâ, quam ex iniquissimo Iudæorum & Gentilium judicio decretoque sustinuit, Judiciariam Potestatem Majestatemque sibi merebatur, juxta illud Prophetæ dictum.

Causa tua quasi impii judicata est, causam judicium- *que recipies.* partim etiam illa altera, quia Pafio Christi, revera quædam imago & delineatio viva luculentaque fuit eorum omnium, quæ in iudicio Christi extremo cum peccatoribus fient. Ad quod nescio an non planè respexerit Dominus JESUS, in illis verbis, quæ mulieribus super le lamentantibus atque plorantibus dixit. *Filiæ Je-* *rusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete,* *& super filios vestros.* *Quoniam ecce venient dies,*

in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non generuerunt, *& ubera quæ non lactaverunt.* Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos: *& collibus, operite nos.* *Quia si in virili ligno hæc faciunt, in arido quid fieri?* Quæ Domini sententia,

ac

Luc. 23.28.

ac prædictio, etsi respicere videatur ^{valde} ^{jesus An-}
 eversionemque Jerosolymæ, quæ post ^{te. A-}
 Domini, quadragesimo anno facta est, ^{more}
 tate tamen etiam respexit judicium univer- ^{impius}
 eversionem ultimatam Babylonis, seu ^{III}
 Reipublicæ impiorum: cuius figura fun- ^{quam}
 Jerosolymæ devastatio, per Romanos ^C
 Maximè autem hoc evincit illa Domini ^{compe-}
 pathetica, & comparatio, & interrogatio ^{in anir-}
 clamatio. [Quia si in viridi ligno haec ^{buntu-}
 in arido quid fiet?] Hic enim Dominus ^{colloc-}
 viride, ligno arido, factis in viridi ligno, ^{IV}
 in arido confert; & à minori ad majus ^{tis judi-}
 indubitate miserabiliora eventura ^{In}
 ligno arido, id est cuilibet impio, ^{consci-}
 sent, aut quandoquidem tam miserabil- ^{oportet}
 sent ligno viridi, & fructifero, ipsi ^{quisqu}
 Christo.

His ita declaratis, Meditatio insti- ^{accusa-}
 per comparationem viridis ligni cum ^{sponde-}
 simul gestorum in viridi cum gerendis ^{Judex}
 Cujus collationis aliquantulam speci- ^{faciem}
 loco exhibeo. ^V

I. JESUS venditus est & traditus ^{sus est} St
 peccatorum.

Luc. 22.55. Unusquisque peccator & omnis tu- ^{Cæli,}
 catorum venundabitur infelix: & diabolus ^{e, & c}
 bit à dextris cujuslibet, & jam extunc ^{x opere}
 his, quam illis, *Hæc est hora vestra* ^{peccat}
tenebrarum. ^{Vnem}

II. JESUS factus est tristis usque ad ^{x cum}
 & sudavit etiam sanguinem,

Sudabit etiam omnis turba peccatorum ^{his pe-}
 dabit & præ angustia *Spiritus gemet,*

ejus Animæ tristitia usque ad mortem sine morte. Arescentibus nimis hominibus præ timore & expectatione, Si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt?

III. JESUS captus est & vinculis ligatus tanquam latro, &c.

Omnis peccatores terræ, ligati vinculis & compedibus peccatorum suorum, non tantum in animabus, sed etiam in corporibus, separabuntur tanquam hædi ab ovibus, & à sinistris collocabuntur.

IV. JESUS accusatus, examinatus, reus mortis judicatus est.

In Judicio peccatorum, aperientur libri conscientiarum. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, sive bonum, sive malum. Tunc erit conscientia impii quasi mille accusatores, & quasi mille testes, tunc nemo respondet Judici Christo unum pro mille: tunc Judex arguet, & statuet unumquemque contra faciem ejus.

V. JESUS ad flagella nudatus, & flagellis cæsus est.

Stabit & quilibet peccator in osulis totius Cæli, & Terræ, nudus, tam animâ, quam corpore, & dicetur de eo. Ecce Homo & opera ejus, & operiet confusio faciem illius, & flagellum peccatoris veniet super eum, nunquam per omnem æternitatem recessurum ab eo.

VI. JESUS coronatus, illusus consputus est, cum voce *Ecce Homo* monstratus est.

Coronabitur caput omnis peccatoris, spiculis peccatorum suorum, & sicut diploidem indueret

9. DR. BICKI
PER: ACCELI
Tomus III
N: V
58

duet confusionem, & illudet ei omnis creatura, armabiturque contra eum à quo servire sibi compulsa fuit ad malum. Tunc omnia solita hujus vitæ, vertentur in spinas, tunc spes omnes, in cassam arundinem convertentur: tunc dicer de peccatore Tyrannus & Captivator ejus diabolus *Ecce Homo*, & scelera ejus: tunc à planta pedis ad usque verticem supergressas eum iniqüitates ostendet, dicens & amare improperius, per singula scelera, *Ecce Homo ille*, qui pro eo quod Deum factorem & salvatorem suum colere debuit & amare, me suum & Dei hostem amavit, mihi que ad voluntatem meam servivit. *Ecce Homo ille*, qui Christum Dei Filium Hominem pro se factum atque crucifixum ostentui habuit & crucifixit. *Ecce Homo ille*, qui Dei & Christi legem noverat, beneficia accep- rat, tot auxilia salutis, tanta pœnitentia spatha habuerat, par tamen gentilibus, immo pejor gentilibus vixit. *Ecce Homo*, qui annos vitæ in sceleribus traduxit, qui toties rediit ut canis ad vomitum, ut sus lota ad votalubrum lutum, qui speravit in incerto divitiarum, cui Deus venter erat, qui pauperem & pupillum devorabat, &c.

VII. JESUS à Pilato manus lavante, & à populo sanguinem Christi super se & filios assumente, damnatus est mortis sententiâ.

Lavabit etiam JESUS Judex manus suas in sanguine omnis peccatoris: & sanguinem cujusque Matt. 27. 12. dabit super caput ejus, & dicet: *Nescio vos,*
Luc. 13. 27. *discidite a me operarii iniqüitatis maledicti in ignem*
Matt. 25. 41. *eternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus;*
Succlamantibus inter haec creaturis omnibus;
Tolle, tolle, crucifige, crucifige, sanguis ejus super
caput

caput ejus, tollatur impius ut non videat faciem
Dei.

VIII. JESUS felle & aceto potatus est, atque
onustus cruce locum mortis petiit.

Tunc etiam peccatoribus omnia in fel amar-
itudinis, & in obligationem iniquitatis commu-
tabuntur, ipse etiam Deus, ipse Christi sanguis,
ipsa Misericordia, Bonitas, & Charitas: tunc
portabunt omnes improperium damnationis æ-
ternæ. Tunc aperiet terra os suum, & deglutiet
eos infernus vivos; & descendent in infernum
sicut plumbum aut lapis, unus ex eis non rema-
nebit, & ascendet fumus tormentorum eorum
in saecula saeculorum.

IX. JESUS clavis Crucis affixus est.

Confignentur etiam & affigentur impii
omnes in carne & anima clavis æternæ damna-
tionis, & sententia abjectionisque immutabilis,
& ibunt in combustionem æternam, cuius non
erit finis, nisi quando Deus, qui semper est Deus,
desinet esse Deus.

X. JESUS ab omni genere hostium illusus &
blasphematus est in Cruce pendens.

Et peccatori omnis creaturarum populus,
omnis natio electorum, omnis turba damnato-
rum, dæmonum, improverabit, & illudet, quo-
nam noluit benedictionem & elongabitur ab eo, Ps. 108.18.
elegit maledictionem & veniet ei, & implebi-
tur ab ea.

XI. JESUS se à Deo derelictum clamavit.

Clamabit & omnis, peccator quod olim Ca-
im dixit Deo, Ecce ejicis me à facie tua: clamabit
Deo. DEUS ut quid dereliquisti me? Deus autem
respondebit: Dereliqui te quia dereliquisti me,

V.P. Druzb. Op. VIII.

S

son-

S: 2
BIL
PER:
TOM
N: 5

fontem aquæ vivæ, & fodisti tibi cistæ hor
patas, & ecce relinquetur tibi domus intur.
ta in æternum. Clamabunt insuper etiam O
nes, Deus dereliquit eum. Euge Euge petr
mus eum;

XII. JESUS in Cruce clamavit Sicut rit & v
potatus est.

Reprobi quoque omnes in flammis aptis
& igne saliti, cum epulone illoguttatum, in
tent, propter cruciatum flammatur, epit, a
men obtinebunt in æternum. ultis,

XIII. JESUS, in Cruce dixit Conseruat
est.

Peccatores damnati & in infernum: se
ti, inque æternam combustionem abamen
Speratis vocibus dicent, consummatum orum
in inferno nulla redemptio. Confiteo viri
peccator, & consummetur, & delictum Sed
fernum vivus, & claudetur puteus ad pecc
veri autem clausuræ ejus accipiet De quen
netque illam in æternitate & immensu
vionis, ut nunquam memoretur illa media
pliùs.

XIV. JESUS inclinatō capite trad
tum.

Peccatores miseri, dejectis & oblitio,
bus, tradent corpora animasque suas, ere, &
& Angelis ejus. Mors secunda, monam, P
mors vivens depascet, & pascet eos, &istorum
terra oblivionis, inter illos, quorum pulare,
est memor amplius.

XV. JESU mortuo, petra scinditur experit
pulchra aperiuntur, & velum templi no ma

homines percutientes pectora sua rever-
eruntur.

O Peccatores, ne sitis mortuis mortui magis,
e petris duri magis, ne terræ mole immobiles
magis. Memores estote Judicii IESU: sic enim
rit & vestrum: sed longè majore cum differen-
ia, infinitè cum dispari exitu. IESUM enim post
lammum Passionis gloriâ & honore corona-
utatum, in Cœlis Thronus ad dexteram Patris ac-
cepit, at vobis in duro & impœnitente corde se-
ultis, supererit semper æterna damnatio, la-
Confinentatio, maledictio. Ita quod factum est in
igno viridi, fiet longè miserabilius etiam in ari-
erno: sed ne fiat in arido factum est in viridi, si
n ab alienum lignum, aridum studuerit sese in vita, &
matum orum, & passionis imitatione conformare lig-
Conf. viridi.

Sed libet hunc modum, ipsius Christi Judicis
peccatorem verbis concludere, quibus eum
coquenter facit Sanctus Augustinus.

[,, Quid faciet (peccator pœnitentiae re-,, Serm. 121. de
menfa media nunc negligens & contemnens) in illo,, temp.
cur illi retuendo Judicii die, cum tremente mundo, „
Dominus præcentibus Angelorum buccinis,,
in illo majestatis sua throno circumdatus, cœle-
sis militia luce confederit, ibique de terra gre-
oblio, & antiquo pulvere suscitato humano ge-
sus erere, astante conscientiae testimonio singulo-
monam, positis in conspectu peccatorum pœnis,
os & suorum præmiis, rationem vita cœperit po-
lularare, & plus jam justus, quam misericors, se-
eritate Judicis, contemptæ misericordiæ reos
experit accusare, & dicere: Ego te homo de-
no manibus meis feci, ego terrenis artubus in-

9. Diu:
Bicki
Per: asceli
Tomus III
N: V
58

fudi Spiritum, ego tibi imaginem nostram similitudinemque conferre dignatus sum, ego te inter paradisi delicias collocavi; tu vitalia mandata contemnens, deceptorem sequi quam Deum maluisti. Cum expulsus de Paradiso, jure peccati, mortis vinculis tenereris virginalem uterum sine dispendio virginitatis pariendus introivi, in præsepio expositus, & pannis obvolutus jacui, infantiae contumelias, humandoque dolores, quibus tibi similis fierem, ad hoc scilicet, ut te mihi similem facerem, pertuli: irridentium palmas, & sputa suscepi, acetum cum felle bibi, flagellis cæsus, vepribus coronatus, cruci affixus, vulnere perfoissus, ut tu eripereris morti, animam in tormentis dimisi. En clavorum vestigia, quibus affixus pependi, & perfosum vulneribus latus; suscepi dolores tuos, ut tibi gloriam darem suscepi mortem, ut tu in æternum viveres. Conditus jacui in sepulchro, ut tu regnares in Cœlo. Cur, quod pro te pertuli, perdidisti? Cur ingrate redemptionis tua munera renuntiasti? Non ego te de morte tua quæro? Redde mihi vitam tuam, pro qua me am dedi; redde mihi vitam tuam, quam vulneribus peccatorum indesinenter occidis. Cur habitaculum, quod mihi in te sacraveram, luxuriae sordibus polluisti? Cur corpus meum illecebrrarum turpitudine maculasti? Cur me gravior erimum tuorum cruce, quam illa, in qua quondam pependeram, afflixisti? Gravior enim apud me peccatorum tuorum crux est, in qua invituperdeo, quam illa in quam tui misertus, mortuam occisurus, ascendi. Cum essem impallibilis, pro te pati dignatus sum, sed tu despexit in homine Deum, in infirmo salutem, & qu

post omnia mala tua, ad medicamenta pœnitentiæ confugere noluisti, ab auditu malo non mereberis liberari.

„Qui tunc erit stridor dentium, cum Sanctorum multitudine ad dexteram Regis, & ad gloriam segregatam peccati populus, in profundo tartari, sine ulla miserationis ac veniae spe demersus, excludi se tenebris suis, à beata Santorum luce viderit, & in profundi sinum sine fine descendens, urgente os suum, puteo, æternana supplicia, & perpetuam mortem, non moriturus aspicerit? Hactenus ex Divo Augustino. „]

MODUS L.

Quinagesimus meditandi Passionem Dominicam modus esse potest ille, quem usurpasse traditur Divus Augustinus: quando nimirum constituens sese devotissimus Pater contemplatione, medium inter Christum Passum, & inter Matrem ejus sacratissimam, nunc huc, nunc illuc, sese affectu devoti & amantis cordis obversans, atque utrobique, immensam beatæ pietatis materiem cernens, quin & hauriens, animi veluti dubius devotissime dicebat. Positus in *In Chron. & medio, quod me vertam nescio: hinc pascor à in vita D. Augustini scripta per Cornel. Lancell. l. 3. c. 3. Et apud Valdensem in theatro Rel. fol. 123. & 358.*

I. Ad hunc enim modum, lucebit cuique Passi JESU, ejusque Matris Mariæ amatori, sese medium amborum cum reverentia & pietate, corpore simul animoque statuere, atque alterante devotionis æstu, nunc ad JESUM passionibus vulneribusque cumulatum, nunc ad Matrem

S 3 ejus-